Quelle: http://manuscripta.at/?ID=31625
Copyright: Zwettl, Zisterzienserstift

terribiliter eos pacta tenebrarum effugabat. Post autem
has vacuas et inanes immissiones cum videret inimi
cus eum sibi vendicare non posse, dolis eum temptavit il
ludere. Componens autem se in speciem veteranam ve
nit ad eum dicens. Ego sum Martinus quem invocas.
Surge et adora coram me si vis sanitatem recipere.
Cui ille ait. Si tu es dominus meus Martinus fac super me
signum crucis et credam. At ille audito nomine sig
ni sibi semper contrarii tamquam fumus evanuit. Post
hec autem stans ad pedes gloriosi domini factus est in
stupore mentis et vidit beatam basilicam novo lumi
ne effulgere, ex qua egrediens sanctus dixit ad eum. Exaudi
ta est oratio tua, et ecce eris sanus ab infirmitate quam
pateris. Et sic beate signaculum crucis super caput eius
faciens abscessit. Ille vero in se reversus, amota omni in
sidia sensit se salutem integram recepisse. Tamen post
receptam sanitatem cum cepisset vino uti superflue cor
pusque diu abstemio ymbre maduisset, latus ei cum
uno pede manuque contrahitur, sed parsymonie se
itum deputans, caputque tondens, rursumque beati
Martini virtute redditur sanitati.

Quoniam singula queque miracula beati viri succinc
te scribimus, nec ea in ampliore sermone ex
pandimus, vereor valde atque timeo ne forte dicatur
a prudentioribus multum hec potuisse latius extendi.
Sed nobis in ecclesiastico dogmate commorantibus vide
tur ut hystoria que ad edificationem ecclesie pertinet,
preposita verbositate brevi atque simplici sermone
texatur, ut et virtute beati antistitis predicetur et sapi
entibus fastidium non imponat. Quo facto et lector
vocetur in lectionem, et sanctus predicatur in ope. Theudome
ris diaconus cum per humorem capitis decedentibus ca
taractis oculorum aditus haberet per .IIII. annos gra
viter obseratos, venit ad cellulam condatensem in qua
vir beatus transiit, prostratusque ad eius lectulum noctem
totam inmobilis madefecit etiam fletibus, tepuitque
suspiriis venerabile lignum eius cancelli. Lucescente
autem die reseratis cataractis luminum, lumen vide
re meruit. Quid umquam tale fecere cum ferramentis
medici, cum plus negotium doloris exerant quam
medele, cum distentum transfixumque spiculis oculum prius
mortis tormenta figurant, quam lumen aperiant. In
quo si cautela refelleret, eternam misero prepararet
cecitatem. Hinc autem beato confessori voluntas fer
ramentum est, et sola virtus ungentum.

In qua cellula cum desiderius energuminus ex Arverno
veniens nocte integra debachasset, mane facto cepit
declamare quod eum beatus Martinus incenderet. In his
noctibus evomens purulentum nescio quid cum sanguine de
mone eiecto purgatus est, infectumque sanie pulvimen
derelinquens cellulam egressus est sanus.

Quidam in eodem loco manum debilem contractis
digitis detulit, ita ut ungues in palmam
eius affixi, decurrente in medium sanguine dolorem ei
nimium generarent. Hic proiciens se ad antedictum gloriosi
domini lectulum flens et deprecans, tam dolore insti
gante quam fide, postera die directis digitis manum
recepit incolomem.

Simile infirmitate Remigia matrona incur
rens, ad beatam cellulam valde devota pervenit. Que
vigiliis et orationibus insistens, cum matricula que ibidem
congregata est pasceretur, aridum brachium cum contractis di
gitis sanum extulit ad miscendum, et sic tota die bene
dictis pauperibus deserviens, sospes remeavit ad propria.
Hec in postmodum annis singulis antedictis fratribus alimen
tum sufficiens exhibebat. Factum est autem ut quadam
vice una puellarum suarum male a quartana typi
febre quateretur. Dum autem secundum consuetudinem
veniens pauperibus illis exhibere victum sancti Marti
ni implorat auxilium, et per .IIII. dies ad beatam cel
lulam continue orationi se atque ieiuniis tradens,
ab omni febre sanata est cum famula magnificans
dominum domum est regressa.

Quidam venustus [illegible] iola nomine lumen recep.
dum pauperibus illis [illegible] victus necessaria mi
nistravit. Hic cecitate maxima per annos plurimos
adgravatus habebat in consuetudine ut veniens de
regione sua ad antedictam sancti cellulam pauperibus illis
alimentum amplissimum exhiberet, vigiliisque devotis
sime celebratis eos in satietate reficeret. quibus ~~[illegible]~~
ipse iuxta possibilitatem tamquam famulus serviebat.
Dum ergo hec per multos ut diximus annos impenderet,
quadam vice iple[illegible]to voto servitioque simul prosterni
tur ad cancellum sancti lectuli et orans ac valedicens
regredi cupiebat. Post completam autem orationem ex
urgens apertis oculis intuetur cortinam sericam de can
cello pendere et ait. Video [illegible] tamquam pallium
sericum hic [illegible] ae se[illegible] appensum. Cui
aiunt sui. [illegible] illi m[illegible] veritate te vide
re cognoscimus. [illegible] Ipse autem cepit iterum flere,
atque orare ut beatus confessor opus ceptum dignaretur
explere. Qui dum orat attentius obdormivit.
apparuitque ei vir per visum dicens. Vade ad basilicam
domni Martini, ibi plenam obtines sanitatem.
Qui nichil moratus famulorum manibus deductus,
ut limina beati confessoris adtigit, lumen integrum